Xpi Jhu nomine invocato Notum sit cunctis Quod nos
Joannes dei gratia Rex Aragonum Navarre Sicilie
Valencie Maioricarum Sardinie et Corsice Comes bar
chinone Dux Athenarum et Neopatrie ac etiam
Comes Rossilionis et Ceritanie Et pro regia Mages
tate frater Ludovicus dezpuig ordinis milicie beate
Marie de Montesia et sancti Georgii Magister
ac sacre regie Magestatis Locumtenens generalis
in toto Valencie Regno. Visa supplicatione coram nobis
exhibita pro parte Joannis mas procuratoris nobilis
et dilecti regie Magestatis Didaci fajardo posita vices
ima sexta Januarii anno Millesimo quadringentesimo
septuagesimo tercio In et cum qua Joannes mas dicto
nomine petiit in melius commutari sententiam latam per
Illustrissimum Ferdinandum dei gratia Regem Sici
lie primogenitum et Locumtenentem generalem
prefate Regie Magestatis latam relacionibus dilecti nostri
regie Magestatis Francisci cospa contra petro baltanell et
francisco amalrich Visa alia supplicatione per Jacobum
piles notarium ut procuratorem nobilis Agnetis de here
dia vicesima octava Januarii Anno Millesimo qua
dringentesimo septuagesimo tercio In et cum qua eadem
petiit in melius commutari precalendatam sententiam. Vi
so quodam processu coram dicto Francisco cospa
petro baltanell et francisco amalrich facto inter dictas
partes super captione que per eos nomine predicti
domini Regis Sicilie fieri debebat de bonis mobilibus
et aliis ad quorum restitucionem fuerat dictus Didacus
condempnatus per magnificum regie Magestatis con
siliarium et vicecancellarium Joannem pages Iudicem
delegatum inter partes predictas septima mensis decem
bris anno Millesimo quadringentesimo septuagesimo
primo que bona ipse imposterum remisit capcionanda